

Libri mystici.

80

V. b. 310.

Benedicti Joannis: De visionibus
et revelationibus naturalibus
et divinis.


Crac. in off. S. Victoris 1545.

Biblioteka Jagiellońska.



V. b. 310.


Teol. 4837





xxiii. l. 90

355.









DE VISIO
NIBVS ET REVELATI-
onibus naturalibus & diuinis. Ioannis
Benedicti Regij Doctoris, Cano-
ci Vratislaueris.

IOANNES. LANGVS.
IOANNI. BENE.

Si quis adhuc homini diuinam numinis auram,
Et mentem caelo non putat esse datam.
Mentem parcarum fatali lege solutam.
Aetherei quae sit conscia consilij:
Ista legens credat, paucis oracula chartis,
Supra hominem quae sunt edita Iane tibi.
Aut neget esse Deum cui sint mortalia cura,
Insuper obscenu. nil Epicurus habet.

Ioannes Brusii.

AD IOANNEM BENEDICTVM.

Quae sit vis animi, demonstrat uisa diurna:
Et nocturna: quibus certa futura patent.
Hoc opus immortale Dei dum Iane reuoluis,
Immortale tui das opus ingenij.

D. S. A.

De Sancto Stanislao. B. v.

Cracouid 1545 Vnde finem

*In officina Hieronymi
Victoris.*

Lim. B. v.

BIBLIOTH. UNIV.



JAGELLONICAN

4300

IOANNES BENEDICT.
ARTIVM ET MEDICI
NE DOCTOR.

IN INVIDVM.

R Vmparis licet, octies per artus:
Et linguam nimum superbientē
Feruentemq; aconitico liquore.
Nil moror: putidos grauesq; ronchos:
Nil sannas sine fine prurientes:
Nil q; diuitijs tumes auitis:
Archanosue patrum tenes recessus:
Infanis: opus est tibi veratro, &
Num flautis faciaberis cicutis:
Donec tu aut animum quietiorem,
Vel sensus habeas salubriores.
Quòd ni desieris molestus esse:
Rumpetur tibi guttur hoc malignum.

ij. Cor. xi.

Veniam ad visiones & reue
lationes,

Dan. v.

Adhuc visio indies.

ILLVSTRI

ET MAGNIFICO HEROI
IOANNI COMITI A TAR,
NOW CASTELLANO CRA,
COVIENSI ETC. IOAN,
NES BENEDICTVS
REGIVS DOCT.
SALV,
TEM.

ARchedamidi, Illustris & Magni
fice domine, cū admissus fuerat
in conuiuium, quidam q̄ nil dixisset:
obiecit ei Zenonis inter pocula silen-
tium, qui rursus, non minus scite quā
eleganter respondit, & hanc non esse
minimam dicendi artem, tempus dicen-
di cognoscere, Hoc itidem mihi crebro
vitio vertere anno superiore: cū vna esse-
mus: & dubia non pauca de rebus va-
rijs grauibuscq̄ in medium protulisti:
& philosophice mouisti, inter armorū
strepitus, quibus tunc respondere cura-
sim, nec tutum, nec decens, nec tempus

A ij fuerat

fuerat, tempus enim loquendi, & tēpus
prover. 17 tacendi, & ideo si stultus tacuerit, sapiens
reputabitur. Cum autem varia nō
secus, atq; noua, mortalium animos,
mirum in modum oblectent. De insom
nijs primum & diuinationibus; deinde
dormientibus, qui opera vigilantium
exercēt, et actiones voluntarias, ridendo,
comedendo, ambulando, de latere in
latus voluendo, per regulas deniq; edis
ciorum domorum, tēta percurrunt,
orsi eramus, res profecto (licet Galenus
primo motu lacertorum, non miret)
& multum & diu consideranda: quos
modo illis imaginibus in sensibus: res
extra respondeat. Quemadmodum Pe
De peric. riclis seruū laborasse tali morbo, me
morie datū est, q; is passim tētis som
nians inambularet. Quod & Plinius
autor grauissimus, de Gaio mecenate,
A. : cenar. refert, per triennium fuisse, in somnijs,
Et anno pręterito in Augusto, puer an
norum duodecim Basilius nomine, in
aula Alberti Gastoldi Comitis Gera
noineñ, inter dormiendū deambulabat
in cubiculo, cantabat, ad interrogata
respondit

respondit, deinde se quieti dedit, mane facto rogatus, nil eorum, quę gessisset recordabatur. De eis insuper, qui addicti sunt opinionibus, seu perturbati in sensibus; unde ea et istis similia, originē ducunt, quia vi, quo deniq; pacto fiant, an imaginatiue, an cogitatiue virtuti, attribuenda veniant, an quemadmodū res extra imaginē aut speciē imprimit, aut decisionem facit ad oculum. Imago oculi in imaginatiuam, seu cōmunem sensum. Hic per vermiformē ad cogitatuam, à cogitatiua in memoriā transfertur, ita & pariformiter, cōtrario processu, in his qui sunt addicti opinionibus: imago formata in cogitatiua: transmittit ad imaginatiuā alterius imaginis et imago oculi, ex oculo profert, ad rem ad extra. Et vt res exemplo palam fiat, *Auerr. 2.* imaginatiua quę & cogitatiua virtus: *colli.* Auerroi in secundo sui colliget appellatur, medio cerebri vētriculo insidens, diuina virtus, ratio, intelligentia, mens, intellectusue nominata, quę agit opere rationē suam perfecte & complete tempore somni, licet nunquam quiescat, & sicut

sicut ventum capere non possumus: ita
imaginatiōe carere, teste Aboali, sexto
6. natura. naturaliū, nequimus, quę etiam virtus
habet vim innatam formādi imagines,
non solum à rebus exterioribus, per sen-
sus exteriores, ad imaginatiuā virtutem
excitatas, sed et à sua intrinseca potestate,
opus enim nature est mirabile, & stu-
pendum. Sicut terra habet producere,
varias plantarum species nō solum per
semina ei extrinsecus iniecta, sed etiam
ab intrinseca eius natura, generat enim
multas species plantarum, ex partium
suarum iminutiōe per putrefactiōē.
Memoria quę in postremo ventriculo,
aut camera cerebri residet, subiiciendo
ei simulachra rerum, per sensus exteri-
ores, in vigilia perceptarum, cum virtute
apetitoria, quę in corde sedem possidet,
nec non cum instrumentorū motiuorū
obediētia, est causa absoluta, totaꝫ om-
nium actionum & operum in omni a-
nimali. Imaginatiua itaq; ac cogitandi
virtus, si dimiserit actionem actualem
sensuū exteriorum, maxime tamen vis-
us & auditus: erratica est & cęca, nēpe
dimittere

4

dimittere sensum, & sequi rationem;
mox impingit mētem in errorem, quia
in iudicio intellectus, si debet esse verū
& rectum, presentē adesse oportet sen-
sum exteriorē, in actione sua. Fit autē
huiusmodi operatio vigilie propria, per
errorem mentis, ratio quippe in somno
subijciente memoria loca, ad quē eun-
dum est, cōsiderat, & sibi esse non inui-
cunda censet, & tandē appetitio quę est
in corde precipit esse prosequendū illud
iocundum, aut etiā cōsuetum in vigilia,
& adeundum, q̄ quidem est locus ille,
cuius memoria est tenax, & instrumē-
tum motus, est cuius obediēs apētiti,
& ita dormiēs sic assurgit, & existimat
se esse non in somno, sed in vigilia, &
adiuuatur ipsa mens, actione virtutis
tactiue, ac memoria. Quia virtus tacti-
ua, non est vehemēter ligata in talibus,
vnde pretentat, attrectat, situm loci con-
tinuum, & durum, & efficitur trāsitio
de loco dormientis, ad locum in vigilia
cognitum, & ita memoria & sensatio
tactiua, cū instrumēto motus obediēte,
quia tale non est ligatum perfecte in
A. iij talibus

talibus sicut in alijs, qui hec nō faciunt,
exeunt in opus vigilię, imaginatiua seu
cogitante virtute, sed non ratione erran-
te, quę non considerat tunc somnium,
sub quo omnis actio animalis, quiesce-
re debet, & ita memoria virtus tactiua,
appetitiua facultas, & obedientia instru-
mētorum motus, & ratio quę numero
quinario comprehenduntur, sunt causa
talis operationis, ratio vt contemplans,
memoria subitiens species rationi, ape-
titus vt imperans virtuti motiue, tactus
vt explorans iter & terminum ad quē
etundum venit, & instrumenta motus,
vt exequentia edictum, seu imperium
apetitus, quę instrumenta motus, in sum-
ma preparatione disposita sunt, ad nutū
apetitus, peragere omnes functiones,
quas dicitur ratio, & appetitus iubet, sunt
precipua causa huiusmodi operatio-
num dormientium, quę vigilantibus
sunt propria, quę operatio instrumen-
torum motus, & obedientia, in paucis-
simis mortalium reperitur, quoniam in
alijs dormientibus, viget in somno ra-
tio, seu imaginatio, Memoria insuper
audiat per A & appetitus

et appetitus, non tamē obedientia instru-
mentorū motus, sicut sunt musculi,
corde, ligamenta, atq; ossa cum lentitu-
dine, & flexibilitate articulorum, per
iuncturas. Causam celestem tanquam
vniuersalem & remotā consulto pre-
tereō, tum q̄ Deus stellas claudit quasi
sub signaculo. Quod autem subintulit *Iob. 9.*
Magnificētia tua Augustum Cēsare
non solum sua, sed aliorum etiā de
se somnia mordicus obseruasse. Iulium
vero Cēsarem nō item, alias enim ē sue
vxoris somnio necem suam, si non vi-
tare, saltem prorogare potuisset. Verū
nō cuius homini contingit adire Co-
rinthum. Abdala enim Arabs, videre
somnia inquit, est à fortitudine virtutis
imaginatiue; & ea intelligere, est à for-
titudine intellectus. Vnde quāuis altissi *Ecdē. 38.*
mus creauit medicinam, de terra, tamen
et ab oraculis, teste Plinio, multifariam *29. ca. 1.*
petitur, Scamoneus monstrata sibi her-
ba ī somnis, sanatus legitur, quē ab ipso
postea nomē accepit, Ptolomeo Regi,
saucio venenis telo armato; iamq; mo-
rienti, per quietem monstrata sunt res

A v media,

media veneni, ex herba. Galenum cum
circa diafragma angeretur quidam, in
somnia admonitū iri liberatum, si mit-
teret sanguinem ex vena, inter pollicem
& indicem, q̄ cum fecisset, mox con-
ualuit. Nonne Auēsoar in suo Theisir
de oculorum affectu, dicit in somnia à
medico oculorum, accepisse proficuum
medicinam, ex aque rosate instillatiōe.
Hinc contra singultum Gordonij reme-
dium, & contra morbū regium, sirsen,
aut sterqus passerum exsiccatum, in pul-
uerem redactum, & exhibitū in vino
albo subtili, zuccaro asperso, afficiam
habere dicitur. Quid de minutiōe angeli
ca tredecima Februarij fienda, liberare
hominē eo anno à febris, pro comperto
habent. Nonne puer quidam in exor-
dio pubertatis habens dolorem acerrimū,
mente sana. Deinde vt in doloribus
fieri solet, abreptus ab omnibus sensibus,
oculis patentibus, nil sentiens, euigilans,
& iam non dolens, dixit sibi apparuisse
vnum puerum, & alium prouectioris
etatis, quorum informatione, sanitati
pristine restitutus, sic portulace, & panis
porcini

Augusti.

6
porcini aque, rupturā, venę in pectore
bibite, remedio sunt efficacissimo. Et
ideo viri nō contēnendi, nō obstāte, q̄ *Eccle. 34.*
multos errare fecerūt sōnia, tm̄ visi sunt
somnia tribuere, vt ex eis vel instans
tis erumne, aut felicitatis, sibi diuinare
p̄sumpserunt. Quemadmodum vt de
mille alijs taceam. Suetonius Trāquill^{us}
perterritus somnio, timens ne quid ad
uersi, in actione pateretur, petijt dilatio
nem. Vnde & Yppocrates dicit, nō me
fugit Philopomenes quid somnia ferāt,
& p̄cipue cum ordinem seruent. Con
ferunt enim per viam causę ad morbo
rum curationem, p̄cipue si (vt Gale
nus voluit) ā Deo glorioso & sublimi
fiant. Nam Iudas Machabeus, qui in
solo Deo, spem suam locauerat, pugna .*Reg. 17.*
tur^{us} cū Nicanore somnio viso, de Onia *Esaie. 38.*
sacerdote & Jeremia, omnes letiores red
didit, surrectis manibus, poplite flexo,
corde dominū inuocās, facie prodigiā
qui non secundū armorum potentiam,
sed vt illi libitum est, dignis dat victoriā.
Nicanorem cum triginta milibus pro
stravit, caput manum cum humero ab
scissi s

sciffis, Hierosolimam detulit, Deus per
9. *confes.* visum ostendit beato Ambrosio, quo
cap. 7. loco corpora Geruasij & Protasij mar
tyrum latebant; ad coercendam rabiem.
Iustine fœmine, quę erat mater Valenti
tini regis pueri. Caput etiã illud beati
p̄cursoris dñi in Castello Macheronta
truncatũ, per reuelationem Felici Mo
nacho sacerdoti, tempore Martiani Imp̄
peratoris, demonstratum fuit, propter
cuius meritũ, Pipinus rex Aquitano
rum, Vandalos superauit, Meliores em̄
30. *Proble.* meliora, & veraces veriora, vident
ult. somnia, Tyranni aut, mendaces, & gar
ruli, fatui, peiora vident. Sic Dario re
gi Persarum imminentium malorum
species duplici insomnio est representata,
Illi namq; phalanx Macedonica, primo
visa est igne depasci. Secundo per qui
eternum vidit ad se adduci Alexandrum,
eo habitu, quo ipse rex salutaratus fuerat,
equo deinde per Babylonem vectum,
ac cum ipso equo: de repente ex oculis
abductũ. Ista diuinatio fuit animi pre
sagiens, vnde postea & mari Perse, &
terra victi. Possent tēporis huius spectra
aliquot

aliquot impijs visa, fideliter referre, sed
 qui silet est firmus. Non em̄ facit Deus *Amos 3.*
 verbum, castigationē, aut plagam, nisi
 illud prius reuelauerit, seruis suis pro
 phetis. Sicut Alexātri magni, repentinā
 mortē, precessit monstrū ē muliere na
 tum, cuius superiores partes mortuę, & *Ysidorus.*
 inferne variarum bestiarum viuę erāt. *in .11.*
 Et priusquam Mauricius Imperator ā
 Foca milite interficeretur, non dissimile
 monstrum apud Datianum, tempore
 Gregorij pape: visum est. Sed peccator
 cum venerit in profundum peccatorū:
 contemnit. Nobilis etiā domina mihi *Prouerb.*
 nota, putans se molaticam, vidit in som
 no trabem cubiculi scissam, & speculū *18.*
 fractum, quendam etiam armatū, cum
 lancea in latus suum impellere, post eui
 gilans, pulchellum enixa puerum. De
 trabe autē & speculo ita esse in re, sicut
 in somnijs cōspexerat. Thales ille Miles
 sius, vnus ex septem sapiētibus Gręcię,
 qui mūdum plenum dixit demonibus:
 eosq; hominibus illudere: ista tribuisset,
 sed tu'opinationi Athenodori philoso
 phi, accedere videris, qui hec & similia;
 forti

R. ufo.

forti, & fixę imaginationi, ascripti sset,
sed quid diceret de Curtio Rufo, cum
inclinato iam die spaciante in porticu,
offerebat figura mulieris, humana grā
dior & pulchrior, quę se p̄dixit futu
rorum p̄nunciā, & expleta erant:
quę p̄dixit omnia. Quid de matre Se
leuci, Laodica, cum nupta esset Antio
cho, claro viro, inter duces Philippi: visa
est sibi, per quietem concepisse ex Apolo
linis p̄sentia, grauidamq; factam, mu
nus concubitus, a Deo accepisse annu
lum, cuius gēma: anchora sculpta esset,
iussitq; in domum filio, quę peperisset
dare: admirabilem fecit hunc visum,
& annuli, qui postero die, eiusdē scul
ptura, in lecto repertus est, & figura
anchore, quę in femore Seleuci nata,
cum ipso paruulo fuit. Quamobrem
mater filio Seleuco, annulum eunti, cū
Alexandro dedit, vbi post mortem A
lexandri occupato regno: orientis vr
bem condidit. Quid dicam de Eulogio
Carthaginē, rethore, discipulo quōdā
Augustini, cui non Augustinus. sed
imago eius, trās mare in somnijs expo
suit,

De cura p
mortuis.

8

fuit locum difficilem Ciceronis in Rhe-
toricis, à se non intellectum. Ita em̄ vsu
multis euenit, vt quę intelligere non po-
terant vigilantes, intelligant dormiētes,
ex vehemēti cōuersione intentionis ad
fantasmata, quę facit vt similitudo rei,
ipsa res videatur. Sicut Petrus vidit, vas
lintheum mitti de celo. Eiusmodi etiam *Acto. 10.*
reuelationem habuit Balaam, quando *Num. 23.*
ait, dixit homo, cui obturatus est ocu-
lus, dixit auditor sermonis dei, qui visi-
onem, omnipotentis intuitus est, qui ca-
dit, & sic aperiuntur oculi eius, per ca-
dere dormitionem, intelligens, quando
oculis exterioribus clausis, interni illi as-
periantur intelligentię, vt de Gennadio *Epistola*
medico, pio in cura pauperum, & elee- *C. euodio.*
mosinis liberatus per visionem, iucūdā
à dubio, vtrum vita alia esset post mor-
tem Alexander etiam ille magnus, cum
adhuc esset in Macedonia, secum q̄ *Ioseph. 11.*
gitaret, in Dio ciuitate, qua vi, & con-
silio Astam subiugaret, p̄ quietem spe-
cies obuersata, sub sacerdotali habitu,
quę precepit eū fortiter inuadere Persas
fore, vt eius ductu, Persarū opes euerte-
ret,

ret, qui dum Hierosolimis aporpinqua
ret, Iaddum pontificem, sibi obuū pro
cedentē cū sacerdotibus, cādidis vestib⁹
indutis, preter opinionem omniū véné
ratus est. Interrogatus á Parmenio, cur
hostiū principem, tam inepte adoraret,
supplex cū dei, & nomē, & numē ado
rauit, responditq̄, non sacerdotem, sed
Deum cuius hoc sacerdotium sum ve
neratus, cuius olim imaginem, tali has
bitu, mediā quiete cōcepti, & multis ho
nestauit sacerdotes muneribus. Helio
doro armigero: nobilis Seleuci regis
Asie: equus terribilis apparuit in aere,
habens fessorem, optimis apamentis
adornatū, per hoc, remotus erat, á tem
pli spoliatione. Ecce quanto deteriores
nos sumus ethnicis, qui sacerdotes Dei
seruos, ad quorum preces, corpus san
guisq̄ Christi conficitur, qui abigit de
mones, & aduocat ad nos angelos, &
angelorum dominum, contemnimus,
persequimur. Ecclesiarumq̄ Basilicas,
templa Dei immortalis, Attaliam im
pijssimam secuti: non solum spoliamus,
conspurcamus, verum & subuertimus,
& iu

Ibero. ad
Eua. g.

9

et in stabula porcorū et Chaldeorū apo-
 thecas redigim⁹, qd nulla vnq̄ pditissi-
 ma natio, ī sua religioe fecisse legit̄, in q̄
 bus itaq̄ prius, angelorum ascenden-
 tium, & descendentium erat presentia, il-
 lic nunc demonum noscitur esse assiste-
 tia, et frequētia. Ministri enim celestes,
 augentur & aduolant ad bonorū ope-
 rum multitudinem, & ad malorū ope-
 rum cumulū, sinistri angeli subito ac-
 currunt. Christus enim saluator noster
 interrogans illū, qui habitabat in sepul-
 chris, paciēs demonem, quod sibi esset
 nomen: respondit legio mihi nomē est,
 quia multi demones sumus, bonę enim
 potestates, habitant in corporibus bono-
 norum, dicente Zacharia, & ait ange-
 lus, qui loquebatur in me, ita in corpo-
 ribus malorum, contrarię virtutes repe-
 riuntur, sicut de Saul rege apparet, quē
 spiritus malus suffocabat, Quod Da-
 uid rex et ppheta testat̄, immisit in eos
 iram indignationis suę, iram & tribula-
 tionē, per angelos malos. Et Aboali me-
 lancholiam vult esse à demonio. Quod
 & Alzaravius asserit, egritudines iua-
 Ca. de epi
 B dere lensia.

Math. 8.
 Marci. 5.

Zach. 2.

Psalmus.

Ca. de epi
 B dere lensia.

dere hoies, ex p̄uaricatiōib⁹ q̄ & male
dictis demōib⁹ dicūt alhabin ablis, q̄s p̄
sciētias antiquas n̄re hoibus occultatas
curare cōsueuerāt, subtilitate em̄ sui im̄
miscēt se sanguini; totā massam humo-
ralē corrūpēdo, sicut ex seuissima plaga
diaboli lob̄ im̄issa, apparet, vbi nulla re-
media humana profuerant. Tunc enim
egritudo curatur, cum Christus sanare
dignatur. Ausculta qd̄ spiritus sancti
ficationis per Esaiam dicat, super muros
tuos Iherusalem, cōstitui custodes, qui
tota die & nocte nō tacebunt, sed quia
stupor & mirabilia facta sunt in terra:
prophete prophetant mendacium, & sa-
cerdotes applaudebāt manibus, & popu-
lus meus dilexit talia. Ideo isti sancti an-
geli, p̄sides templi, custodes hominū,
custodes vrbium, prouinciarum guber-
natores, posteaq̄ scelera & peccata cre-
uerunt in immēsū & ascenderint vsq̄
ad celos, sicut nunc super terram inun-
dauerunt, exeunt ab eis, & deseruntur,
dicentes linguis angelorum illud Iere-
mie, Curauimus Babilonem, & nō est
sanata, relinquamus eam, & abeamus

quisq̄

Isaie. 44.

Osee. 4.

Ieremi. 51.

quisq; in terram suam, sicut ante vrbis
 Iherosolimitane vastationem, quando
 super liminare templi scissum est, Iosep
 ho teste, tunc apertis repente ianuis tē
 pli, & sponte referatis, quas multi homi
 nes vix claudere poterant: vox de aditis
 templi ē cherubin audita, Transeamus
 ex his sedibus, Nabuchodonosor rex de
 cretū tulit omni populo, & tribu, que
 cunq; lingua locuta fuerit, blasphemā
 cōtra Deum, disperiret, & domus eius
 vastaretur, nunc autem passim nomen
 Dei gloriosi & benedicte matris eius,
 & virginis regine celorum, que peper
 rit nobis regem angelorum, & regē re
 gū, tota die impune blasphematur, nec
 est proch dolor, qui iniuriam Dei vni
 dicaret, scien q; qui impie agunt in le
 ges diuinas: impune non cedit, vt hoc tē
 pus sequens demōstrat. Sacrilegia nāq;
 semper fuerūt punita, vt patet, de Cam
 bise, Xerse, Philomene, Photiōe, Gallo
 & Capniōe Romano, Thurce suū col
 lunt & venerantur, & inuocant Ches
 dichasim victoriosum appellatum, quē
 in prelijs vocant, Cuius bona & sepul
 B ij chrum

2. Mach. 4

chrum positum inter fines, Othmani,
& Caramani, si quis violauerit, seuis
tiam eius in se experitur. Est eis
quoque Myrthyschyn, et Barczunpassa
ad pecorum & animalium cōseruatio
nem, offerentes ei panem calidum, cum
butiro superposito, quē episcopus quō
dam Stephanus Cenadiēn captiuus so
litus erat cōspuere, vt bonus miles Chri
sti, captus rursus, post ternam fugam,
imposita erant ei cornua hirci, recenter
mactati, in prora capitis, scissa cute con
creta, nec deiceps ad suos redire curauit
dicens, quia Deus omnium creator, no
luit me esse pastorē hominum, sed ouis
um, Ideo vitam meam, in hac egestate
transigere studebo: exultando cum an
gelica turba celorum, & decantādo san
ctam Asarie sancti orationē, apud Da
nielē descriptam. Habent quoque Van
passam, qui interdum illis, & iuuenis et
glaber, nonnunquam rugosus apparet, dis
cordiarum patronum, vertumnus dicē
dus qui nunc leo, nunc vrsus, nunc erat
hyrtus aper, & ita labra inuenerunt sus
as lactucas. Sic Balthasar rex filius Na

Daniel. 3.

Daniel. 5.

buchonos

11

buchonodofor, bibēs cum optimatibus
vxoribus, & concubinis ſuis, ē vafis au
reis, acceptis de templo in Iheruſalē, pu
nitus eſt, & perdidit regnum. Succellit
ei Darius, Si hęc fiunt apud paganos, p
ſpiritus malignos: qui ſuę officinę ma
giſtris, et nequicię miniſtris, vbiq; pre
ſentes ſunt, veſtientes, nunc caſtitate in
terdum manſuetudine, ſub virtutū ima
gine errores quorum dulcia (vt inquit
poeta) mixta ſunt amaris, vt facilius de
cipiant. Nunq̄ enim diabolus ſe prodit
aperta frōte: Quid dices de ſanctis viris
& Dei hominibus: qui ſuis magnis me
ritis hinc migrarunt: in ſumma quiete
& refrigerio poſiti, pro nobis orant, ad
ſimilitudinem honorū angelorum, ad
quorum ſubſidium, tanq̄ ad perfectos
medicos, & Dei & noſtros amicos: in
aduerſitatibus noſtris, abſq; Dei tenta
tione, recurrere poſſumus. Quis enim
poſteſt dicere, mundum eſt cor meum, *Prove. 20.*
purus ſum a peccato, neq; infans vnus
diei. Cum ergo Deus, peccatores non *Ioānis. 9.*
exaudit, conſilio beati Iob, ad aliquem *Iob. 1.*
ſanctorū conuertere. Baruch enim. Da

B ij mine

mine omnipotens inquit, Deus Israel,
audi nunc orationem mortuorū Israel
1. Reg. 11. Iratus etiā Dominus Salomoni ait,
dirumpens scindam regnum tuū, pro-
pter tamen Dauid mortuum, concessit
Esaie. 38. ei regnum, Ezechias etiā iustus depre-
cabatur vltionē de aduersarijs, prostra-
tus lacrimis, audit per os Esaie, prote-
gam hanc ciuitatem propter me, & pro-
pter Dauid seruum meum, qui multis
annis ante mortuus, tñ viuīs patrociniō
viuīs solacio fuit, sic p̄ ch̄i p̄cursorē,
Ioannem baptistam mortuum, reddita
vita mortuis militibus aliquot, Pipini
regis, occisis in bello Vandalico, Licet
à fide auersi, hęc & opera fidei peragē-
tes ieiuniū, eleemosynam, tremen-
dumue misterium irrident, & subsan-
Roma. 3. nant, tamen incredulitas eorum, quibus
est cor exasperās; q̄ auersi sunt auersiōe
impudēti fidē Dei, que in nobis est, nō
Eccle. 16. euacuat, cum omnis misericordia: faciat
vnicuiq̄ locum, secundum meritū ope-
rum suorum. Vocant nos papistas, &
turpius quod dicere nolo, possumus &
illos rectius appellare sathanistas Cuius
opera

opera faciunt? Cuius mortifera semina
 spargendo posteritati relinquunt. Sed
 absit, non enim essemus imitatores Chri-
 sti, & apostoli. Cui deus dedit gratiam
 in edificationem, non in destructionem,
 ad congregationem, & non ad dispersi-
 onem, ois enim inquit amaritudo, sermo
 malus, ira, indignatio, clamor, blasphemia, tollatur a vobis, & alibi monuit
 Thessaloniceum, vt se subtraherent ab
 omni fratre ambulante inordinate, non
 secundum traditionem, ab eo acceptam
 Cum enim perambulasset Syriam Cili-
 ciam, confirmans Ecclesias, precepit
 custodire precepta maiorum & seniorum.
 Hinc beatus Augustinus, ad Cas-
 sulanum sacerdotem, In his rebus in quibus
 nil certi statuit, diuina scriptura
 mos populi Dei, & instituta maiorum
 pro lege seruanda sunt. Quod & Hieronymus
 ad Lucinum affirmat, non
 enim omnia, (vt ad Seleucianam declar-
 rat) que facta sunt, scripta reperiuntur,
 tanta aut facta sunt, quanta tunc fieri
 debuerunt, tanta scripta sunt, quanta
 nunc legi debuerunt, facta sunt, vt illis
 B iij viderent

2. Thes. 3.

Acto. 15.

Thes. 2.

Dis. 11.

Episto. 52.

Ser. 239.

viderēt. Scripta sunt, vt nos audiremus
quod in illis oculis, hoc in nobis fides, cer-
nimus anima, quod oculis non potuimus.
In qua fide, tempore Celsi tot hereses
erant, vt doctrinam Christi, ob has so-
las damnaret, quid putas nunc diceret
quando tot secte suborte sunt, ad apo-
stolorum nauiculam subuertendam, ad
vnitatem ecclesie scindendam, per pseu-
dochristos, & pseudodoctores, spiritu
erroris percitos, vt iamiam Aegyptiorum
portenta, que illorum crescebant in hor-
tis, superare quodammodo videantur,
sed succumbent volente Christo, porte
enim inferi, non preualebunt aduersus
eam, & vas quod factum est contra eam
non prosperabitur, quando displicebit
mus nobis, in conspectu nostro. Alias
enim principes populi mei, inquit, expel-
lent de domo epulatiois sue, & auferet
candelabrum e manibus eorum, & dabit in
potestatem alterius. Sicut ecclesie Greco-
rum propter discordiam, et hereses Arria-
nas date sunt in manus Persarum, iuxta
dictum prophete, diuisum est cor eorum:
nunc interibunt, & tu patria discors pre-
para

para tibi q̄q̄ messem. Sed vt eo redeā,
 vnde digressus sum. Nola dū oppugna
 retur ā Barbaris Felix cōfessor, non so
 lum martyrum effectibus, sed ipsis etiā
 aspectibus hominum diuinitus apparu
 it: & Ambrosius quando vidit, terra iā
 eruderata: corpora martyrum Geruasij
 & Prothasij, prorupit in hec verba, vi
 demus auxilia, quibus sepe sumus des
 fensit: non videbamus hec: sed habeba
 mus tamen. Martyres em̄ assunt sanan
 dis & iuuandis, non per propriam na
 turā, sed nutu Dei benedicti, vbi quan
 do, & quoties, cui quomodo Deus vo
 luerit, qui reseruauit sibi multa, que nos
 latent, posuit em̄ tenebras latibulū suū, *psalm. 176*
 poni voluit archam fœderis, vsq̄ ad tē, *1. Reg. 36*
 pus Samuelis ad tabernaculum Silo, in *Iosue 186*
 tribu Ephraim, et ibidem maluit inuo
 cari, adorari, & petentibus acclinari, q̄
 in Iherusalem, aut alio loco filiorū Isra
 el. Sic in mundo, non omnibus in locis
 & memorijs sanctorum, miracula &
 terribilia ostendit Dominus virtutum,
 q̄ facit mirabilia magna solus, vbi em̄
 vult spirat, & nescis vnde veniat, quia
 Sicutq̄

B v Dei vo

Dei voluntas: est rerum necessitas. Anno nancq. 1341. in gloriosa vrbe Vratislaviē, post turpem & indignā expulsionē Cleri: boni postoris: sancti episcopi imitatoris Exuperij Hilarionis Nicolai, qui esuriens aluit pauperes, & omnē idolorum cultum expulit ē templo dei, qui superbiam humilitate, luxuriam ieiunijs compefcuit. In die Abdon & Sennen martyrum, repentinus ignis subortus, totā ciuitatem, & afflictissimos homines, & pueros in cunabulis vagientes, egros in hospitalibus euulantes (desfenda plaga) in vnius horule spacio: in cineres redegit, reuelabatur in hoc iuxta dictum Pauli, ira Dei de celo, super eorum omnem impietatem, visus est enim tempore incendiij, a religiosa foemina inclusa apud sanctum Mauricium, extra muros vrbis, angelus contra ciuitatem, exertum gladium vibrans, carbonibus ardētibus succendē. Non enim solum homines sunt vltores ire Dei, quēadmodū erat Nabuchodonosor, in his qui malū operantur: qui diuina & humana contaminant, q
pœnitē

Jer. 25.

pœnitentiam agere nolunt, sed & contra Apoca. 9.
 trarie fortitudines, sed & diuine, & bo-
 ne virtutes, quemadmodu de Anania,
 & Zaphira per Petrum, de Herode p. Acto. 5.
 angelu, q eum cofestim pcussit, de quadra Acto. 12.
 ginta duob⁹ pueris Heliseu irridetibus 4. Re. 2.
 per duos vsos: deus vindictam cepit:
 sed multi nunc dicunt peccauit, quid mihi
 accidit triste. Ignoran quid per os les
 remie dicat dominus, sicut parturientes lo
 quar, dissipabo et absorbebo simul. *Esaie. 42.*
 etia Gunera in Gelria ciuitate Rheni,
 permissione dei, sacrilegos, q non orandi
 sed spoliadi gratia sacellu ingressi erant,
 pressa testudine ne exiret, miraculose re-
 tinuit deus, q est poderator spiritu. *Pro. 16.*
de sancto Stanislao Episcopo & mar-
tyre, patrono huius regni presentissimo
miracula referre voluero & tempus &
annus me deficiet, viuis, namq Petrum
triennio sepultum, propter iustitia cofes
queda: ad vita reuocauit. Queadmodu
hoc literis hebraicis: hostes Christi, qui
tum aderat: memorie tradiderunt. *Eccles*
 sia enim vniuersa postulante. Ireneo *li. 2. ca. 57*
 (qui discipulum Ioannis Euangeliste
 Policar

De sancto Stanislao

NB

Policarpum in Asia audiuit) teste, propter aliquid necessarium. Sepissime, per ieiunium, & supplicationē multā, reuersus est spiritus mortui: & donatus est homo orationibus sanctorū, ex promissis christi dicentis, qui credit in me, opera quę ego facio, faciet, & maiora horum faciet. Cur nūc sancti martyres, & alij existentes in gloria vbi feruent maiore charitate, aut per eorum presentiam, aut eis orantibus & impetrantibus, non etiam operantibus per angelos recipiē personā martyrum, multo maiora facere non conceduntur? cum gratia & merita sanctorum nō minuantur morte non dissoluantur in terra, non annihilātur in paradiso, vt vmbra Petri, ossa Helisei, & sudaria Pauli declarant. Noui isti Doctores, & vt verius dicam, factores & sutores, clamant beatum Augustinum, fuisse impense credulum, iuxta illud, qui cito credit leuis est corde, cum religio christiana, & diuina omnipotentia, magis videtur honorari, quando id, q̄ euenit ad miraculum attribuimus, quā obstinate, à miraculo

Ioan. 14.

Eccle. 19.

15

culo defendere, verbo christi remanens
te infracto, tum q̄ adhuc visio indies:
tū q̄ angelis hominibus, & virtutibus
celestibus, semper renouatur, reuelatio
archanorū, ero em̄ inqt vobiscum, vsq̄
ad cōsumationem seculi. *Attribuit visa* *5. de tri.*
ista angelis: p̄ q̄s Deus, patribus nostris
antiquis loquebat̄: sunt em̄ oēs admini- *Hebre. 1.*
stratorij spiritus in ministerium missi,
in quorum dispositione, testante Ste-
phano primo martire, acceperunt legē, *Actorū. 7.*
qui etiam num dignis annunciant, siue *Galat. 3.*
per sensus, siue reuelationibus in spiri- *4. de trin.*
tu expressis. Sed sunt pleriq̄ multi, *cap. 17.*
qui ad artes Chaldeorum vetitas, & bo-
no Christiano penitus fugiendas, aut
ad magorū vanitates, & reuelationes su-
as res cōponūt, spreto humano sapien-
tum consilio, Non considerañ, quare
Saul contra Acham pugnans, occisus
sit, et Iosias à Nechao rege Aegyptio, q̄
tempore necessitatis & angustie, mise- *1. Par. 10.*
rat ad Oldam prophetissam, interfectus
fuerit, Nec animaduerteñ, Gregorium
eius nominis vndecimum deceptum,
sub quo incepit scisma, durans per qua-
dra

draginta annos, Fiunt enim reuelatio-
nes, nō ventris cultoribus, sed castis ho-
minibus, & Deo dignis, quia sapientia
dei, se transfert in animas sanctas, ami-
cos Dei, & vt inquit sapiens, prophetas
constituit, Sibille namq; que pagane
erāt, merito virginitatis, nocte sunt spī-
ritum propheticum, & Anna Phanues-
lis sancta mulier, iuste meruit accipere
spiritum prophetandi longa castitate,
longisq; ieiunijs, & obsecrationibus,
nocte & die non recedendo de tem-
plo, sic bñs Hieronymus dicit se ange-
lorum choris sepe interfuisse. Testis est
inquit beatissima trinitas, quam cerne-
bam, nescio quo intuitu, testes sunt, &
ipsi beati spiritus, qui aderant, Vnde
Philos. in Amphiareus vates, volētes recipere ora-
secūdo ca- culatiussit integro die, a vino a cibo, aut
14. biduo abstinere, q̄ nō possit anima va-
ticinari, nisi esset vino & cibo liberata,
mens enim in qua ratio dominatur, ob-
ruit nimia gula, ideo Eraclitus dicebat,
Lux sicca, anima sapientissima, & ali-
us quidam, venter pinguis sensum non
gignit tenuem, sed quia multi deliquē-
runt

16
rūt propter inopiā, ideo probandi sunt *Job. 1.*
spiritus, si ex Deo sunt, quia angelus *sa. 2. Cor. 2.*
thane & tenebrarum, potest se trāffor-
mare in angelum lucis, quemadmodū
ipse Iob, nunc in ignem, interdū in pre-
dones, nonnunquā in tria cornua equi-
tum se trāsmutauerat. Vnde Iosue, cū
principem militiē celestis vidisset, (sciēs
in hoc esse captiones mirabiles) mox re-
quirīt ab eo dicens, noster es, an aduers-
fariorū: Et Gedeon vir eruditus exēplo
Iosue: videns angelum, cautius agit, vt *Iudicū 6.*
in libro Iudicū patet. Solū em̄ viri pro-
bati attestante Chrysostomo, spiritus
videre poterant, sicut apostoli, & eis si-
miles, quibus dictum est. Amen dico
vobis, videbitis celos apertos, & angē-
los domini ascendentes & descendētes,
super filium hominis, sicut & Ioannes
sanctus, spiritum sanctum in columbē *Ioānis. 9.*
specie vidit, & Daniel. Vidi ego inquit *Dan. 10.*
visionem solus, illi autem qui mecum
erant, non viderunt. Et Paulus in actis *Acto. 22.*
apostolorum, visionem solus aspexit,
ceteri em̄, qui cum eo erant, lumen quidē
viderunt, vocem autē eius non au-
dierūt

dierunt qui illi loquebatur, & ita fortassis est in potestate spirituum, & corporis gloriosi, quod totaliter est anime subiectum, ut a longe, vel a prope, visum in propria vel aliena effigie imutet. Assumunt enim interdum figuram corporis, tam boni quam mali angeli, quomodo autem hoc fiat, potius silendum quam discernendum, fidelis enim spiritus celat archana. Verum quia nunc diuina ultio differunt, longanimitate & bonitate dei misericordis, ut grauius seueriusque tandem scelera puniat, non enim statim post peccatum Achab propter Nabuthe passus est, ea que pertulit. Ideoque non est rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videtur, hoc facit, & propterea sequitur errores. Via enim stulti, recta in oculis eius. Sed multe sunt vię que videntur hominibus rectę, & nouissima earum, perducunt ad profundum inferni, & idcirco, non transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui, qui omnium sanctorum colentium verum deum, sunt triti vestigijs. Audi Ieremiam, State in his firmi & stabiles

et videte, et interrogate, semitas dñi sem
piternas, q̄ sit via bona: & ambulate in
ea, & inuenietis purificationē animatū
vestrarū. Sic et vox clāabat i deserto, re
ctas facite, semitas dei nr̄i. Cū autē dñs nr̄
Iesus Chistus, sit via, veritas, & vita, de
quo hāc vocē de celo allatā audierūt, q̄
cū ipso erant, in mōte illo sancto, hic est
filius meus dilect⁹ in q̄ mihi cōplacui, ip
sum audite: et ideo teramus eius sancta
vestigia. Sequāur eius sacrosanctā do
ctrinā et credamus Euāgelio (non adul
terato p̄ Manichęos, Arrianos, aut si
milis farine hoīes) q̄d p̄dicatū est, apud
vniuersam creaturā. Nullus em̄ princi
patus, nullū regnū, Resp. nulla, sine reli
giōe et cultu dei veri et viui durare diu
pōt, vnde rex et ppheta spū Ch̄i clamat
& nūc reges intelligite, erudimini q̄ iu
dicatis terrā: seruite dño in timore, et ex
ultate ei cū tremore. Ideo Petrus apud
Clementē, Zacheū hūc ordinatū vobis
Ep̄m, sciēs eū habere timorē Dei, et eru
ditū esse i scripturis, Gētū etiā Doctōr
suū Thimotheū, q̄ ab infantia nō nugis
Theatricis & poēticiis, sed sacris literis
diuinitus inspiratis, imbutus erat, dignū
iudicabat presbyterio, Nūc vero dicūt,

C Iste

2. Pet. 3.

Math. 17.

Marci 2.
Collo. 1.

Psal. 2.

Libro 2.

2. Thim. 3.

Genesis. 2. iste est os ex ossibus nris, caro de carne
nostra, hic est familia, et nationis nre, hic
dignus est sacerdotio. Ille aut q illuminat
omne homine venientem in huc mundu,
1. Pet. 1. q non est acceptor personaru, q oes nos p-
cioso sanguine suo nobilitauit, ta supre-
mos, q infimos, elegit viros religiosos,
ex omni natione, que erat sub sole. Melchi-
fedech em Rex Sale, cuius neq patre,
Hebre. 7. neq matre, ne genealogia qs nouit, fa-
ctus est sumus dei pontifex, ve ergo vo-
Actoru. 2. bis q coditis leges nouas, qru vos couer-
tetis cu pueneritis ad iudiciu, q sequuti
Roma. 14. diotriphē expellitis frēs ab ecclia, stabi-
Ioan. 10. m optet oēs añ tremēdū chrī tribunal,
Episto. 3. pbabiur oēs et examinabiur p flāmas,
1. Chor. 3. anteq inducamur in refrigeriū, siue Pe-
tri sit ecclēsie pastor, siue Andreas, siue
dilectus ille dei Ioānes euāgelista. Trahi
1. Par. 21. mur aut sepe picis, ad religionē, exēplo
Dauid. Lesko em niger, 1 2 3 2. irruēti
b Lithuanis Iacwingis. 23. septēbris, in
terrā Lublinēsem, qndecim diebus eam
vastatibus, accepto nūcio, celeri cursu p-
uenit in partes Lublinēsiū, abisse repe-
riēs cogitabat, an quatuordecī milia Bar-
barorū, cū sex millibus suis, inseq debe-
ret, int cogitandū visio angelica q se af-

18
serebat Michaelē archāgelū, p̄ somnū
monstrata, monuit, vt cito hostes perse-
queret, victoriā illi certā pmittēs, q̄s in
octobre, inter fluuiū Harew et Hemen
repiit, et cōpressit, et ideo ecclesiā, in Lu-
blin, ad honorē Dei et Michaelis archā-
geli, huius rei ī p̄petuā memoriā, exstru-
xit & dotauit, sciēs imp̄ia in manu Dei
esse, et cōseruari, nō hominū armis, potē-
tia aut municionibus ipse em̄ est, q̄ dat re-
gna et aufert, vt patet de victoriā parta
de palestinis, duce Samuele, de triūpho
celitus dato in Syros, precibus Helisei
De filijs deniq; Hircani p̄tificis, q̄ vi-
cerāt Antiochū, cū Cizicone belligerāt
bus. Dicams ergo cū Esaia, tu dñe pat̄ *Esaie 66.*
noster, redēptor n̄r, à seculo nomē tuū,
q̄re nos errare fecisti dñe in vijs tuis, In-
durasti cor nostrū, ne timerēs te, cōuers-
tere p̄pter seruos tuos hereditatis tuę,
q̄ cōuertis sapiētes retrorsum, et scientiā
eorū stultā facis, vt aut̄ finis p̄ncipio co-
hereat, ad soluēdū oēs opatiōes in sōnio-
rū, p̄ causas naturales, et ea vīsa, q̄ in vi-
gilia egros phreneticorū et melācholicorū
fiūt, sequētia sūt necessaria. Primū, si-
cut virtus digestiua epatis, est op̄s in co-
quēdo succos ciborū, ipsos creādo, et sū-

Narew et Nemen.

21
ent cor est oēs in gñradis spiritibus, va-
riarū specierū: sic virtus imaginatiua, q̄
Auerroī cogitatiua, apud cōmūes phōs
ratio particularis dicit̄, est oīps in for-
mādo simulachra, fātasmata, imagines
seu ideas ex natura ppria, est em̄ ima-
ginatio ipossibiliū, tā in vigilia, q̄ in sō-
nijs, ita q̄ nō solū format et creat species
aut imagines rerū, in natura existētū,
vt hoīs, lupi, arborū, sed & eorū, q̄ nūq̄
in sensu apparuerūt, q̄nimo & impossi-
biliū, vñ nō est mirū, q̄ illa mōstra facit
in sōnijs, formādo plura simulachra, cō-
paratq̄ ea mutuo, dās eis loquutionē,
et alias actiōes, q̄ licet ratio et intellectus
particularis est verorū, vt est sentēta Ari-
stotelis, tñ intelligēdū est sēsibus existē-
tibus in opatiōe et ī actu, q̄ aut in som-
no sēsus exteriores sunt ligati, nō iuuat
eorū adminiculo, et ideo errat, sicut em̄
figulus, in vigilia mētis et iudiciū cōpos
existēs, facit vasa sui artificij rectē si autē
pderet vsū ratiōis, et materia et rota acce-
pta, faceret sua opa, id est faceret mirā-
da, mōstra, aut spectacula apud astātes,
sensus etiā, et si sint in vigilia, ratiōe lesa
nō rectē opant̄, nec possūt rectē iudicari,
nisi ratio rectificet, vñ visus iudicat

folē esse bipedalis magnitudinis, cū tñ
 multis vicibus maior sit f̄ra, vñ itellec^o
 castigat errorē, visus dīcēs, eū nō cōside
 rare distātiā, similit̄ lingua bile affecta,
 indicat mel esse amarū, intellectus corri
 git gustū, nō rectē iudicasse, q̄a nō cōsi
 derat cholerā ifusam, nō solū in sup̄ficie
 sed in p̄fūdo ipsi^o. Interdū etiā melācho
 licis apparēt hoīes vitra, sicut teste Gale
 no, vidēs puerū ī fenestra putauit esse vi
 trū, et p̄iecit extra. Pro soluēdo secūdo,
 fecit q̄re melācholicī, et phreneticī, vidēt
 imagines, corpa, & vīsa similia corpi
 bus extra, tāc̄q; p̄ oculis assint, et loquūt
 ad eas, putātes secū loq̄ illas imagines,
 et redditi sibiipsis, dicūt se vidisse mira.
 Ideo est à re ab extra, imago format̄ in
 pupilla oculi, quēadmodū res extra vīsa
 obiecta speculo, efficit imaginē in speculo,
 quē imago in pupilla dat materiam,
 & causam, cur sensus cōmunis, format
 intus aliud simulachrū, et ab imaginē, in
 sensu cōi existēte, iterū format̄ alia ima
 go, in vtute imaginatiua, et vltimo me
 moria formās cōdit eā, & sicut ista fiūt
 ab extra int^o ordinatissime, et naturalit̄
 ita ab intra p̄cedēdo, ad extra ēt accidit.
 Nā virtus imaginatiua, in iudicio suo

ligata, ppter suā cacochimiā, in humo-
ribus partim in spiritibus, format in vi-
gilia mira, & stupēda mōstra, q̄rū ima-
gines trāseūt, p vermiformē ad sensum
cōmunē, q̄ est creator, et à cōi sensu ad
visum, ad gustū et auditū, vnde simulas
chro genito in pupilla oculi, ḡnat ima-
ginē extra, & postea is genitis, q̄a ima-
ginatiua virtus errat, ob cacochimiā in
humoribus, et spiritibus cerebri, vtēs il-
lis imaginibus, in pupilla, aut extra, pro-
rebus & loq̄t cū eis, et sibi ipsi fingit eas
r̄ndere etiā in vigilia, & si hęc q̄dē natu-
raliter sūt, & deus naturę assistit, vt sit &
mirackis natura, nō desit, pietas t̄n Chri-
stiana, q̄ asserit apparuisse angelos Dei
multis sc̄tis, rectissima est et verissima.
Quia idē et similis effectus, interdū pōt
fieri, naturaliter & miraculose, nōne hō
hominē ḡnat naturalit̄, et deus plasma-
uit hōiem. Nōne arbores tpe veris flo-
res faciūt. Ars etiā i vaporatorijs, impor-
tatis arboribus eosdē pducūt. Nōne phi-
lomela facit dulcissimā melodiā, p natu-
rā, t̄n reperit̄ur hoīes, q̄ artificio lingue
exacte melodiā eius auicule, sicut auis
pes pdicū voces representare agnoscūt.
Dei honor religioni, natura nō penitus

Spoliāda, a suis opibus mirādis, a deo si
 bi inditīs, & p hūc modū saluant opera
 vigilantū q̄ agūt dormiētes, in lunaticis
 em̄ rō pticularis seu imaginatiua ope
 rat, cōponit, iudicat et memoria recorda
 tur, et virtus tactiua & motiua, nō sunt
 tūc in eis ligatę, stāte actu imaginatiōis
 memoria suggerit loca et iter, voluntas
 impat & cōsentit, virtus tactiua nō liga
 ta, adiuuat eā palpatu pedū, per loca ex
 teriora, q̄ memoria subicit, offert et ostē
 dit, virtus vero motiua, q̄ nō cognoscit
 obedit impio volūtatis, q̄a nō solū in vi
 gilia, sed in somno ei obedit. Nō em̄ solū
 virtutes aīales subordināt, verūetiā obe
 diūt ratiōi volūtati. Naturales vero vir
 tutes, nō obediūt tñ subordināt, ideoq̄
 iuuant, aut distrahunt a virtutib; natu
 ralibus. Et in hoc Illustris et magnifice
 dne relucet sūmi Dei gl'iosi sapiētia, q̄
 nō solū oīa in certo numero, pondere et
 mēsurā creauit, sed vnicuiq; etiā rei vis
 sibili in hoc mūdo, vt oīm Cabalistarū
 est sētētia preposuit āgelicā potestātē ad
 laudes eis sēpiēnas, q̄ sit bñdctūs ī eū.

Aug. 839.

XB

CRACOVIA

In officina Hieronymi Victoris.

Anno. 1545.

BIBLIOTECA



JAGELLONICAR

